



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## **Sol Triplex In Eodem Universo**

**Hermann, Amand**

**Sultzbaci, 1676**

[Prooemium.]

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-95850](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-95850)

PARS I.  
TRACTANS LIBROS AUSCULTATORIOS.  
LIBER I.  
De Principiis Rerum Naturalium.

PROOEMIUM.



Quanta fuerit inter antiquos Philosophos disceptatio & altercatio, de rerum corporearum principio, recensent Authores passim, & elegantissimè describit Sanctus Augustinus lib. 8. de Civitate cap. 2. ubi sic loquitur, de eorum erroribus, & opinionibus: *Thales Milesius Aquam putavit esse rerum principium, & hinc omnia elementa mundi, ipsumque mundum, & quae in eo gignuntur, existere. Huic succedit Anaximander ejus auditor, qui ait, quod rerum natura opinionem, non enim ex una re, sicut Thales ex humore, sed ex suis propriis principiis quasque res nasci putavit. Quae rerum principia singularum credidit esse infinita, & innumerabiles mundos gignere, & quaecunque in eis oriuntur, eosque mundos modo dissolvi, modo iterum gigni existimavit, quanta quisque sua aetate manere potuerit. Iste Anaximenes discipulum & Successorem reliquit, qui omnes rerum causas infinito aëri dedit. Anaxagoras verò ejus Auditor, harum rerum omnium, quas videmus, effectorem divinum Animum sensit, & dixit ex infinita materia, quae consistat ex similibus inter se particulis, rerum omnium genera, pro modulis & speciebus propriis singula fieri. Diogenes quoque Anaximenes auditor, aërem quidem dixit rerum esse materiam, ex qua fierent omnia. Anaxagoras successit Archilaus, etiam ipse de particulis inter se similibus, quibus singula quaeque fierent, ita omnia consistare putavit, ut inesse etiam mentem diceret, quae corpora aeterna, id est, illas particulas conjungendo, & dissipando ageret omnia: & cap. 5. his similia & plura alia refert Antiquorum deliria, quae post Aristotelem, veluti talia, simpliciter ab omnibus exploduntur, & assignantur communiter tria, materia videlicet & forma, cum privatione, de quibus in communi, in proxima agam disputatione, unde est*

DISPU.